Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



non mandatum nouum scribo uobis: sed mandatum
uetus quod habuistis ab initio. Mandatum uetus est
uerbum quod audistis. Iterum mandatum nouum
scribo uobis: quod est uerum et in ipso et in uobis
quia tenebre transierunt et lumen uerum iam lucet
Per eiusdem xpm dominum nostrum. Secundum Iohannem
Hoc tempore facta est questio ex discipulis iohannis
cum iudeis de purificatione. Et uenerunt ad iohan
nem: et dixerunt ei. Rabbi: qui erat tecum trans
iordanem: cui tu testimonium phibuisti: ecce hic
baptizat et omnes uenimus ad eum. Respondit iohes
et dixit. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit
ei datum de celo. Ipsi nos uidistis testimonium phibere quod
dixerim ego non sum xps: sed quia missus sum
ante illum. Qui habet sponsam sponsus est:
amicus autem sponsi qui stat et audit eum gau
dio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gau
dium meum impletum est. Illum oportet crescere:
me autem minui. Qui de sursum uenit: sup omnes est.
Qui est de terra: de terra est: et de terra loquitur.
Qui de celo uenit sup omnes est: et quod uidit
et audiuit hoc testatur. et testimonium eius nemo
accipit. Qui accipit testimonium eius: signauit quia
deus uerax est. Quem enim misit deus: uerba dei
loquitur. Non enim ad mensuram dat deus spm. Pater
diligit filium: et omnia dedit in manu eius. Qui
credit in filium: habet uitam eternam. Qui aut
incredulus est filio: non uidebit uitam: sed ira
dei manet super eum. Hoc uobis ad colonicenses
ut nemo uos deceat. Feria sexta sup eum:
capiat in sublimitate sermonum. Nam et si

corpo: